de Boguszyce Boguski eiusq[ue] posteros de scripto certo manuali de Actu et data illius hic Premysliae die duodecima Marty Anno proxime praeterito Millesimo sexcentesimo sexagesimo Nono per eundem Generosum Boguski sibi Recognoscen[tes] super summam Mille florenorum Polonicalium dato et Actis officy praesen[tis] roborati, nec non de eiusdem scripti manualis Roborator[iae] inscriptione Castren[sis] Capitan[ealis] Praemyslien[sis] atq[ue] ipsa summa Mille florenorum Polonicalium quietat emittunt dimittunt, et liberum absolutumq[ue] faciunt et perpetuo pronuntiant. Scriptum praefatum manuale eiusq[ue] Inscriptionem Roboratoriam cum omnibus eorum conditionibus et ligamentis cassant mortificant et annihilant. Recognoscen[tes] sibi summam praefatam Mille florenorum Polonicalium plenariam et sufficientem praestitam esse persolutionem Actae sua praesenti personali mutua recognitione ad praemissa omnia mediante.

Baczynski Puxinicz Baczynska Quietat.

93 Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Praemyslien[sibus] Nobilis Iwan Baczynski Puximicz sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis quibusuis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castren[si] Capitan[eali] Praemy

mysliens. Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, secus
Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus tota
liter et plenarie incorporando atque subijciendo palam
libere publice ac per expressum recognovit. Quia
ipse Nobilem Feminam Winnicka Nobilis olim Ge-
orgii Winnicki cum olim Nobili Anna Baczynska
Consorte eius legitima procreatam filiam olim vero
Nobilis Procopij Laszkowicz Baczynski Consortem
legitimam eiusque posteros de summa Ducentorum
florenorum Polonicalium sibi Recognoscenti per
eandem Nobilem Baczynska modo obligatorio su-
per bonis suis videlicet na Polu ornego osmnastey
Czesci wlanie Schnatowigt in bonis villae Baczyna
iacens et consistens de Anno ad annum coram Actis
Officij praesentis ad solvendum assecurata, nec non
de eadem ipsa Inscriptione obligatoria Castren. Capi-
tan. Premysliens. quietat emittit dimittit et liberam
absolutamque facit et perpetuo pronuntiat. Ins-
criptionem praefatam Castren. Capitan. Premysli-
ens. obligatoriam cum omnibus illius conditionibus
et ligamentis in toto et per omnia cassata a Nobili
Andrea Baczynski Puzimicz filiastro suo sum-
mae eiusdem Ducentorum florenorum Polonicalium
plenaria et sufficienti satisfactione cassat morti-

frat et annihilat, ac de bonis condescendit, sibi su
isq posteris ratione præmissorum perpetuum impo
nendo silentium. Hac sua præsenti personali reco
gnitione ad præmissa omnia mediante.

Baczynski Puxie nicz Consorti suæ Reformat.

94 Comparens personaliter coram Officio et Actis
præsentibus Castrensibus Capitanealibus
Præmysliensibus Nobilis Andreas Baczyn-
ski Puxienicz Nobilis Fedorij Baczynski Pu-
xienicz cum Nobili Marina Perleska Consorte
eius legitima procreatus Filius sanus men-
te et corpore existens a Terris Districtibus Juri
bus Jurisdictionibusq suis quibusvis proprijs
et competentibus recedendo Præsenti vero Castren
Capitaneali Præmyslien Jurisdictioni quo ad actum
hunc attinet secum successoribus ac bonis suis
generaliter omnibus totaliter et plenarie in
corporando atq subijciendo palam libere publi
ce ac per expressum recognovit. Quia